

*Vos autem genus electum, regale sacerdotium.*

Léctio Epístolæ primæ beáti Petri apóstoli

2, 4-9

Caríssimi:

- <sup>4</sup> **A**d Dóminum accedentes,  
lápídem vivum, ab homínibus quidem reprobátum,  
coram Deo autem eléctum, pretiósium,  
<sup>5</sup> et ipsi tamquam lápides vivi  
ædificámini domus spiritális  
in sacerdotium sanctum  
offérre spiritáles hóstias acceptábiles Deo  
per Iesum Christum.
- <sup>6</sup> Propter quod cóntinet Scriptúra:  
«Ecce pono in Sion lápídem angulárem,  
eléctum, pretiósium;  
et, qui credit in eo, non confundétur».
- <sup>7</sup> Vobis ígitur honor credéntibus;  
non credéntibus autem  
«Lapis, quem reprobavérunt ædificántes,  
hic factus est in caput ánguli»
- <sup>8</sup> et «lapis offensiónis et petra scándali»;  
qui offéndunt verbo non credéntes,  
in quod et pósito sunt.
- <sup>9</sup> Vos autem genus eléctum, regále sacerdotium,  
gens sancta, pópulus in adquisitiónem,  
ut virtútes annuntiétis eius,  
qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen suum.
- Verbum Dómini.